UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Fonte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

crificium celebrantis palma è S. Agnetis ſtatuæ manibus ſit delapſa. Virginem ſemper vixiſſe, ac eò etiam Deiparæ chariſſimum fuiſſe, compertum eſt. In eius collo pendens lipſanotheca reperta eſt cum particula S. Crucis, & chirographo quo ſe Beatiſſimæ Virgini in mancipium dedicârat. Petierat ab illo Guadaniæ Gubernator particulam Crucis Chriſti. Reſpondit Ioannes; habiturum, ſed alibi. Reſpondit promiſſo euentus. Etenim inuenta de eius collo pendens illa Crucis particula eidem Gubernatori ceſſit, memori promiſſi à Ioanne ſeruati.

B. V. Mancipium.

P. *Ioannes Fonte.*

Hiſpanus. apud Tepeguanos. 19 Nou. 1616. ætat. 42. Soc. 23.

Vir vndequaque impiger ad labores magnis etiam

ac

ac multis ærumnis graues, cùm ſitis illum non rarò ad lacunas ipſas bibendas compelleret. Ipſe laterculos Indis conficiebat, vt domos extruerent; ipſe aratra fabricabat, agroſque colebat; ipſe infirmis coquus, medicus, mediaſtinus, cibum in os inferebat: omnes blandè, ſe verò longè ſeueriſſimè, habebat. Linguas feliciter memoriæ commendauit; Tepeguanam arti etiam illigauit vt diſceretur. Multos Christo lucratus, ideircò in carcerem aliquando ad mortem fame iſtic obeundam coniectus eſt. Eius cadauer inuentum cinctum cilicio. Tertio poſt menſe tam huius quàm PP. *Ioannis de Valle*, *Ludowici de Alabes*, & *Hieronymi de Moranta* cor- *Charitas.* *Zelus.* *Mortif.*

pora humi nuda, planèque recentia reperta ſunt, duobus canibus illa cuſtodientibus. Integer item manipulus cõcionum, nil corruptus inter tot imbres, ac niues.

P. Hieronymus Moranta.

Hiſpanus. ibid. ætat. 41.

Fuit ſocius P. Ioannis in vita, & morte. Deprehenſus eſt aliquando in loco ab arbitris remoto, Cruci affixi Chriſti effigiem tenens manu alterâ, alterâ ſe flagellans, & plorans vbertim, oranſque pro ſalute Indorum, ac pro efficacitate concionum, vt eæ in corda profundiſſimè penetrarent. Inde concione quadam vnicâ facilè quingentos conuertit. Hiſpani illum Sancti nomine appellabant ab excelsâ exiſtimatione virtutis. Columba circa illum ſacrifi-

Mortif. *Crucifixus.* *Oratio.* *Sacrum.*